Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



et aiam meam eripuit de medio ca-
tulorum leonum. dormiui conturbatus.
Filii hominum dentes eorum arma et sa-
gitte: lingua eorum gladius acutus.
Exaltare super celos deus: et super om-
nem terram gloria tua. Laqueum paraui-
pedibus meis: et incurauerunt animam
meam. Foderunt ante faciem meam
foueam: et inciderunt in ea. Paratum
est cor meum deus paratum est cor meum:
cantabo et psalmum dicam domino.
Exsurge gloria mea exsurge psal-
terium et cithara: exsurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis domine.
et psalmum dicam tibi in gentibus.
Quoniam magnificata est usque ad ce-
los misericordia tua: et usque ad nubes ve-
ritas tua. Exaltare super celos deus:
et super omnem terram gloria tua. ant.
Quam iste confidit aiam meam. ℣. Iuste iu-
dicate filii hominum. Etenim
corde iniquitates operamini in terra:
iniquitates manus vestre conpendiant
Alienati sunt peccatores a uulua ce-
cauerunt ab utero: loquti sunt falsa.
Furor illis secundum similitudinem
serpentis: sicut aspidis surde et ob-
turantis aures suas. Que non
audiet uocem incantantis: et
venefici incantantis sapienti. Deus
conterit dentes eorum in ore ipsorum: mo-
las leonum confriget dominus. Adon
chilum deuenient tamquam aqua
decurrens: intendit arcum suum donec
infirmentur. Sicut cera que fluit
auferetur super cecidit ignis et non
uiderunt solem. Priusquam intelli-
gant spine vestre rhamnum: sicut uiuentes sic in ira absorbebit eos. Le-
tabitur iustus cum uiderit uindictam:

manus suas lauabit in sanguine pe-
catoris. Et dicet homo si utique
est fructus iusto: utique est deus iu-
dicans eos in terra. psalmus dd. l viij
Eripe me de inimicis meis de-
us meus: et ab insurgentibus in me
libera me. Eripe me de operantibus
iniquitatem: et de uiris sanguinum
salua me. Quia ecce ceperunt an-
imam meam inuaserunt in me fortes.
Neque iniquitas mea neque peccatum
meum domine: sine iniquitate cucurrerunt
et direxerunt. Exsurge in occursum meo
et uide: et tu domine deus uirtutum deus israel:
Intende ad uisitandas omnes gen-
tes: non miseraris omnibus qui operantur
iniquitatem. Conuertentur ad
uesperam et fame patientur ut ca-
nes: et circuibunt ciuitatem. Ecce
loquentur in ore suo: et gladius in la-
biis eorum quia quis audiuit. Et
tu domine deridebis eos: ad nichilum
deduces omnes gentes. Fortitu-
dinem meam ad te custodiam: quia deus
suscepitor meus deus meus misericordia ei-
uenient me. Deus ostendit mihi in-
imicos meos ne occidas eos: ne qui-
bliuiscantur populi mei. Disperge
illos in uirtute tua: et depone eos pro-
tector meus domine. Delicta oris sui
uerbum labiorum ipsorum: et comprehendant
superbia sua. Et de execratione et men-
dacio annunciabuntur in consumma-
tione: in ira consumacionis et non erunt
Et scient quia deus dominabitur iacob:
et finium terre. Conuertentur ad uespe-
ram et fame patientur ut canes: et cir-
cuibunt ciuitatem. Ipsi dispergent
ad manducandum: si uero non fue-
rint saturati murmurabunt. Ego
autem cantabo fortitudinem tuam: